



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Die Universität Paderborn

Quellen und Abhandlungen von 1614 - 1808

Freisen, Joseph

Paderborn, 1898

III. Die Statuten der philosophischen Fakultät.

urn:nbn:de:hbz:466:1-8008

Pro testimonio academico solemniori 12 grossos. Tunc autem Bidelli est conceptum testimonij scribere ad longum, deinde testimonio a Rectore magnifico aut Decano subscripto et signato subscribere. Caetera ille curare debet, cui datur testimonium, videlicet descriptionem, ceram, capsulam sigilli, fibulas sculigulas sericas flavi et rubri coloris et chartam vel communem vel pergamenum, porro descriptori, si scribat in charta communi, dantur sex grossi, si in pergamena, octo.¹

Quoties studiosus jussu Rectoris vel Cancellarij a Bidello citatur, is dat ei medium capitellum seu 4 grossos; si per alium accersitus parere noluit.

Quoties studiosum dat in custodiam academicam jussu Rectoris vel cancellarij, ab eo studioso accipit integrum capitellum, et pro singulis deinde diebus, quibus in carcere detinetur et ab eo in pane et aqua alitur, vnum capitellum $\frac{1}{2}$. 8 grossos.

III.

Die Statuten der philosophischen Fakultät.

Die Vorlesungen in der Philosophie wurden an der Universität bereits 1614, direkt nach der Stiftung, eröffnet vor 46 Zuhörern, von denen 7 dem Benediktinerkloster Abdinghof, 5 dem Jesuitennoviziat angehörten ¹⁾ Die Statuten der philosophischen Fakultät sind später erlassen, zwischen 1614—1630. Dieselben sind von Pachtler abgedruckt aus einer Handschrift des Germ. Arch. Auf der Theodoriana zu Paderborn finden sich zwei Recensionen der Statuta Fac. philosoph. Die eine ist enthalten im Manuscript Pa. 45 (= A), die andere im Manuscript Pa. 89 (= B). Letztere Recension enthält die Überschrift: „exscripta initio Julij ao. 1630“ und am Schluss die Bemerkung: „finii

¹⁾ Richter, Geschichte cit. S. 128.

9. Juli
Abdruc
weichu
Die Ra
fügt.
sitäten
riana a

Stat

1.
tate ra
tersunt
2.
cilio fa
in eoru
3.
cellari
Decanu
rius P
physica
profess
tione c
conuoc
sui De
ea tra
declara
4.
Baccal
rare a
stros

1)
2)
3)
4)
5)

9. Julij 1630. Ich gebe den Text nach dem Pachtlerschen Abdruck ¹⁾ und notiere zugleich in den Anmerkungen die Abweichungen und Randnoten der beiden andern Recensionen. Die Randnoten sind von späterer Hand dem Manuscript beige-fügt. Auch hier wandte man sich an die bestehenden Universitäten um Zusendung der Statuten, wie die auf der Theodoriana aufbewahrten Briefe darthun.

Statuta Facultatis Philosophicae in Vniuersitate Paderbornensi.

Caput I.

De Magistratibus huius facultatis.

1. Rector et Cancellarius, tametsi sint in Theologica facultate ratione sui officij, sunt quoque in hac, et conuentibus intersunt, ac Rector etiam praest. p. 4. c. 17. § 6.

2. Decanus non suffragijs professorum aut aliorum de concilio facultatis, sed superiorum designatione renuntiat, tametsi in eorum conuentu fieri expediat.

3. Quando Praefectus Philosophiae distinctus est a Cancellario, siue praefecto generali, non alius est huius facultatis Decanus, quam Praefectus Philosophiae; Dum autem Cancellarius Philosophorum curam ²⁾ gerit, Decanus est professor Metaphysicae et Decanatum adit hoc ipso, quod inter philosophiae professores superiorem non habet; Quare absque alia declaratione duobus vel tribus diebus post magistralem promotionem conuocatis professoribus ad P. Rectorem Decanus relegat acta sui Decanatus et, si ab Vniuersitate discessurus est, successori ea tradat et alia, quae ad eius ³⁾ officium pertinere oportere declarabitur, ut clauis rerum huius facultatis et similia.

4. Munera decani ⁴⁾ sunt I^o. curare, ut ex Magistris uel Baccalaureis sit qui orationem habeat de S. Catharina. II^o. Curare affigi programma pro eodem festo et alia affigi solita, nostros quoque et alios per Bidellum domesticum ⁵⁾ aut per se

¹⁾ Pachtler, Monum. Germ. cit. p. 202 sq.

²⁾ A u. B. lesen praefecturam.

³⁾ A u. B.: illius.

⁴⁾ A u. B. setzt bei: haec.

⁵⁾ Fehlt in A.

ad eandem celebritatem inuitabit. III^o. Pridie Praesentationis Baccalaureorum et magistrorum petere a P. Rectore conuentum pro constituendis Examinatoribus et alijs, quae eo pertinent. IV^o. Quae in actibus promotionum ad ipsum pertinent praestare, uel admonere eos, ad quos pertinebit. V^o. Scribere acta facultatis. VI^o. Referre in ea, quae P. Provincialis in visitatione Collegii ad hanc facultatem pertinentia ordinari. VII^o. Decano ordinarie adiumento sunt Professores, et si quem alium superiores adiungerent, qui vocabuntur ad P. Rectorem in iis, quae ad hanc facultatem pertinent, quamuis, ut habet¹⁾ nostra S. P. N. p. 4. c. 17. L. H., decisio rerum ex eorum suffragijs non pendeat.

Caput II.

De examinibus pro gradu.

1. Exeunte Septembri Logici, antequam admittantur ad Physicam, examinentur publice in schola a Praefecto et duobus alijs Examinatoribus a R. P. Rectore designatis, examinantur in Dialectica ex toto Aristotelis Organo singuli, quamdiu Examinatoribus placet; Quodsi aliqui ante examinati de tota Logica publice theses defenderunt, illi ab examine hoc debent eximi; Porro tum qui defendunt, tum qui examinantur, admittuntur ad superiorem classem, non modo si pluribus, sed etiam si paribus examinatorum suffragijs approbati fuerint, quod etiam in Examine Physicorum, qui ad Metaphysicam admitti desiderant, locum habet.

2. Ordinarie examen Physicorum instituatur post Pascha circa Kal. Maij, ita ut Kalendis ipsis sit praesentatio, et consequentibus diebus examen; Ideo²⁾ pridie affigitur programma nomine Decani, ut est in libro formularum, quo die etiam fit conuentus apud P. Rectorem, cui intersint Cancellarius, Decanus, Professores Philosophiae, ubi lecto ex ipsis statutis c. de exam. decernantur examinatores a P. Rectore, et proponatur,³⁾ si quid difficultatis occurrat.

3. Kalendis Maij hora 3^a. pomeridiana ad classem Physicam conueniunt Decanus et Professores omnes philosophiae absque ornatu Academico, praesente tamen et deducente Bidello cum scepro; Eodem conueniunt omnes studiosi Physices, qui

¹⁾ A: habetur p. 4. c. 17 Litt. H.

²⁾ A u. B: igitur.

³⁾ A u. B: proponitur.

stantes
de suo
se eor
iubet,
ritur, n
esse opo
quispian
debito te
set assid
chismo
occurrat
dellum
ea tamen
quam ip
rum pro
contento
praestita
qua cum
uenerit,
prima h
quorum
tamen,
ceat; ho
hanc pra
petunt,
fectu co
4. C
nus, si
designati
primariu
attribuit
ad eam
examine
cuiusque
consenti
minis pr
mathesi

¹⁾ A
²⁾ A
³⁾ H
dum. N
⁴⁾ A
⁵⁾ A

stantes¹⁾ coram Patribus consistentibus ad mensam per aliquem de suo numero petunt admitti ad examen; Decanus pollicitus, se eorum petitionem propositurum concilio, tantisper egredi iubet, dum a Bidello reuocentur. Ijs digressis primum quaeritur, num in Matriculam sint inscripti, quam proinde praesto esse oportet. Deinde quaeritur, num quae causa sit, cur eorum quispiam pro gradu examinari non possit, ut si infamis esset,²⁾ debito temporis spatio philosophiae non studuisset, si non fuisset assiduus, si non scripsisset, quod nominatim etiam de Catechismo et mathematicis inquirendum est; Si quid difficultatis occurrat, ad P. Rectorem postea referatur. Reuocatis per Bidellum candidatis significabit Decanus ad examen admissos esse ea tamen conditione, ut stipulata manu spondeant, si quid secus quam ipsi uellent inter examinandum, uel in ferenda de ipsorum promotione sententia accidat, nulla ratione ulturos, sed contentos fore eo, quod de ipsis decretum fuerit, hac sponsione praestita denuntiabit Decanus horam inchoandi examinis, de qua cum Praefecto iam antea uel inconuentu professorum conuenerit, et locum, nempe eandem ipsam classem Physices; huc prima hora, quae examini destinata fuerit, iuebuntur uenire quorum initiales nominum literae primae sunt alphabeti, ita tamen, ut toto examinis tempore ceteris omnibus interesse liceat; hoc responso unus candidatorum Patribus gratias agit; Ad hanc praesentationem uenire oportet non eos modo, qui gradum petunt, sed alios quoque Physices auditores, ut de eorum profectu constet.

4. Omnibus examinibus Praefectus intersit, et ideo Decanus, si alius est, tunc duntaxat intersit, cum unus fuerit ex designatis examinitoribus. Horum³⁾ neuter sit Candidatorum primarius professor. Examinitoribus designatis a Praefecto attribuitur materia ex tota logica et ex parte Physicae, quam ad eam diem⁴⁾ audiuerint, ut etiam repetere licuerit; In hoc examine licet plures coniungere, neque certum est tempus, quo cuiusque examen definiatur, sed ubi primum Examinatores consentiunt, se iudicium facere posse, vocantur alij. Initio examinis proponitur aliqua quaestio ex Catechismo et in fine ex mathesi;⁵⁾ Examinatores iudicium suum de singulis ascribunt

¹⁾ A: stant.

²⁾ A u. B wiederholt si.

³⁾ Randnote in A: in examine pro Baccalaureatu uidetur interijciendum. Nam pro magisterio regula permittit.

⁴⁾ A u. B fügt bei: ita.

⁵⁾ A u. B: Mathematicis.

ad iudicium professoris, quod ab initio singulis examinatoribus dari oportet, inscriptis ordine alphabetico Candidatorum nominibus, et apposita sententia¹⁾ de ingenio per notam numeri 1. 2. 3. etc.; secundo de diligentia; pari modo tertio de admissione, apposita litera A, si admitti placet; R, si rejci; D, si dubius est.²⁾ Finito examine iudicia sua cum Praefecto conferunt et, siquidem conuenire possunt, decernant, quinam admittendi sint, qui secus; si maior aliqua moueatur difficultas, ad P. Rectorem referant; Eorundem examinatorum iudicio fit ordo inter sex primos, qui extra ordinem literarum³⁾ collocari debent.⁴⁾ Si qui nobiles uel religiosi nolint promoueri et tamen Catalogo inscribi desiderent, id eis conceditur addito elogio, si prima loca sint promeriti, ceterorum nemini id permittitur. Ordo Candidatorum descriptus tradi debet professori Physices, qui curam habebit Catalogi totius typographo dandi, corrigendi etc. qui proinde etiam carmina curabit per Magistrum primae grammatices facienda, quae Catalogo subijci solent. Idem post Cal. Maij moneat Magistrum Rhetoricae de carminibus faciendis, quae in promotione recitentur Magistris et si videbitur, etiam typis excudantur: Magistrum humanitatis de carminibus in eadem promotione Baccalaureis recitandis: Magistrum primae grammatices de carminibus Catalogo subijciendis, atque iterum sub initium Junij, ne, cum adest tempus promotionis, pridie carmina quaerantur.

5. Examen Candidatorum Magisterij⁵⁾ instituitur post dimissionem siue ultimam lectionem; Ea habetur 23. Jun. aut, si hic sit dominicus, 22. hoc ritu. Post medium 7ae. conueniunt ad classem Metaphysicam omnes Baccalaurei eius cursus cum ceteris condiscipulis suis, si qui Baccalaurei non essent; Eodem uenit professor et tubicines (si eos uolent conducere, ad quod cogendi non sunt) nullo uero modo fidicines aut aliud

¹⁾ A und B: primo.

²⁾ Randnote in A: Anno 1652 R. P. prouincialis statuit, vt hi catalogi diligenter asseruentur propter testimonia quae aliquando post aliquot annos primum petuntur.

³⁾ A u. B: litterarium.

⁴⁾ Randnote in A: NB inuenies hoc c. 4 § 2. Examen illorum metaphysicorum qui cupiunt defendere theses impressas quando et quo modo fiet? An non iuxta Regulas praefecti 19. 20. 21. 22 et 23 sicuti alibi fit et hic factum memini. Eine Fussnote dortselbst: NB. Anno 1652 omnes quicumque iudices examinarunt sicut alias.

⁵⁾ Randnote in A: Quot hic examinatores? Videntur hactenus tantum tres fuisse et hoc sufficere censuit P. Panhauss anno 1652.

genus.
lennitas
clangen
sequunt
ordine,
ciarentu
menstru
dit. Cat
cupant
Nostri
terum
omnes
clusiue.
soris,
cantatu
piat, n
se detin
canitur
fessor c
mina e

6.
ad prin
sentatio
sentati
qui gra
inchoat
ex ijs
rioris
non tar
horae
princip

¹⁾
fine Jul
hensum
²⁾
³⁾
⁴⁾
metaphy
sacro m
⁵⁾
⁶⁾
⁷⁾
⁸⁾
Rdit R.
J. Fre

genus. Tubicines non inflabunt ante descensum, quia illa Solennitas promotione reseruatur. Hora 7^a. praecedentibus et clangentibus tubis descendit professor habitu academico, proxime sequuntur discipuli religiosi, si qui sunt, et deinde ceteri, eo ordine, quem in Catalogo habuerunt, cum Baccalaurei pronun-¹⁾ ciarentur; Ingressus auditorium Logicorum, uel aliud, in quo menstruae Philosophorum disputationes haberi solent, conscendit Cathedram, discipuli altiora subsellia ad latus sinistrum occupant eo ordine, quo uenerunt, sic ut primi sint Religiosi etc. Nostri PP., et si quis honoratus auditor interueniat, latus dexterum tenebunt; praeter Metaphysicos intersunt huic celebritati omnes Superiores scholae usque ad primam Grammatices exclusiue. Initium fit a musica, quam excipit praelectio Professoris, cuius una parte absoluta, interquiescit,²⁾ ac tum denuo cantatur; dabit autem operam, ut hora 7^a. quam primum incipiat, neque ob expectationem auditorum externorum patiat se detineri, neque ultra horam lectionem producat; hac finita canitur in eodem loco Te Deum Laudamus et egreditur professor cum suis³⁾ ac reuertitur in Collegium. Gratulatoria carmina et oratiunculae Discipulorum omittuntur.

6. Eodem die 23. Jun. ante 7^m. affigitur programma, quo ad primam horam pomeridianam citantur Baccalaurei ad praesentationem; ea fit in classe Metaphysica eodem ritu, quo praesentati sunt Physici, nisi quod necesse est eos solos interesse, qui gradum petunt. Postridie S. Joannis,⁴⁾ nisi sit dominicus, inchoatur examen pro Magisterio in eadem classe Metaphysica ex ijs partibus philosophiae, quae supersunt post examen superioris anni. Examinantur singuli praesentibus Condiscipulis, non tamen definitum est certum unicuique⁵⁾ spatium, sed unius horae uel 3 quadrantium⁶⁾ circiter. Examinantur itidem⁷⁾ principio in Catechismo et in fine in Ethicis, cetera ut supra.⁸⁾

¹⁾ A u. B: renunciarentur. Eine Randnote in A: NB. Anno 1652 in fine Julij R. P. Joannes Panhauss uoluit in margine notari usu deprehensum Theologicam magis huic lectioni quam Logicam convenire.

²⁾ A u. B: interquiescat.

³⁾ A hat nicht: cum suis.

⁴⁾ Randnote in A: NB. hic uidetur aliquid addendum de solennitate metaphysicorum in ipso festo S. Joannis in quo omnes communicant in sacro musico.

⁵⁾ A u. B: cuique.

⁶⁾ A u. B: aut circiter.

⁷⁾ A u. B: item.

⁸⁾ Randnote in A: Quaesitum anno 1652 a quot examinadoribus et Rdit R. P. Prouincialis tres sufficere. Quaesitum etiam an ex alijs Aca-

7. Finito examine dicitur Candidatis utriusque gradus dies et hora, qua soluant facultati et accipiant sententiam; prius autem citantur Baccalaureatus candidati, et deinde eodem die, sed alia hora Candidati Magisterii; utrique conueniunt ad classem¹⁾ Metaphysicam, ubi consistunt ad mensam Praefectus, Decanus et alij Examinatores; Vocati singuli primum offerunt Bidello pecuniam, quam ille numerat et explorat simul attendente Decano. Solutionis haec est ratio: Qui petunt gradum Baccalaureatus dant duos imperiales, ex quibus Bidello capitatus datur et dimidiatus;²⁾ Reliquum cedit fisco facultatis. Qui petunt gradum Magisterij dant 4 imp. Ex quibus Bidello debentur 2 capit. Qui petunt utrumque gradum dant 6 daleros. Qui pauperes sunt, nihil soluunt, sed iubentur iuuare Bidellum in apparanda aula academica; Si dubium autem sit, consulitur matricula et professor, ijs tamen, quos pudet suam paupertatem fateri publice, re comperta P. Rector poterit remittere quod Vniuersitati debetur, iussis quod suum est Bidello soluere. Baccalaureandi, qui examinari non petunt pro gradu, soli Bidello soluunt; Qui reijciuntur a gradu siue Magisterij siue Baccalaureatus, ijs redditur pecunia, excepta ea parte, quae Bidelli est. Religiosi et Nobiles, qui non promouentur, sed tantum ut gradu digni referuntur in Catalogum, praeter mercedem Bidelli pro rata parte soluunt expensas catalogi.³⁾

Postquam igitur candidatus quisque soluit, accedit ad Praefectum, qui⁴⁾ admonito de ijs, quae⁵⁾ corrigere debet, aut collaudato et iusso eadem via progredi, indicat sententiam de admissione uel reiectione; physicis, qui non petunt gradum, adhibita admonitione, tantum significat admissos ad progrediendum incepto philosophiae curriculo. Vno dimisso, sequens ordine alphabetico a Bidello accersitur; Idem Bidellus annotat, qui soluerint, nec ne, et quantum singuli; quod si qui differant, ab ijs exiget: quamuis expedit decreto Decani et proposita poena illas dilationes praecidere, nisi quid P. Rectori ad consulendum quorundam pauperum uerecundiae aliter uideretur, de quibus

demijis venientes sine examine admitti possint ad Magisterium et Responsum Nullo modo, additumque, itaque nihil tale in posterum fiat.

¹⁾ A u. B: Scholam.

²⁾ A u. B: dimidius.

³⁾ Randnote in A: Videtur ab ijs tantundem exigi quantum a promouendis quod propositum 22. Maij anno 1655 R. P. Prouinciali, qui non improbabat.

⁴⁾ A u. B: quo admonito.

⁵⁾ A: quisque.

oportet
unum
Denique
qui ex

1.
Physice
consulto
providet
dum es
casus in
diretur.
Procura
lus, sed
et lance
Sex par
P. Prae
cano.
qui fort
manitati
talogi c
rus pra
nam pra
dantur
singulis
pro sac
Decano.
stiones
nominat
nominan
100. De
promoti
tam, qu
uitation
physices

¹⁾ A
²⁾ A
³⁾ A
⁴⁾ A

oportet Professore cum P. Rectore mature agere, ne propter unum et alterum ordo turbetur¹⁾ et Vniuersitati molestia creetur. Denique Bidellus pecuniam cum rationibus defert ad Praefectum, qui ex illa ipsi Bidello suam partem pernumerat.

Caput III.

De promotione ad Gradus.

1. Peractis examinibus Praefectus, Decanus et Professor Physices inter se agunt de ijs, quae pertinent ad promotionem, consulto ubi opus est P. Rectore; sunt autem praecipue haec prouidenda. 1^o. decernendus dies promotionis, de quo referendum est ad P. Rectorem, uti etiam²⁾ de promotore, si quis casus incideret, ut professor metaphysices siue Decanus impediretur. 2^o. Cura bellariorum et vini emendi committitur P. Procuratori. 3^o. Tubicines, fidicines, Cornicines admonet Bidellus, sed de pretio conuenit P. Procurator. 4^o. Bidellus pocula et lances argenteas, tapetes,³⁾ frondes etc. curat pro actu. 5^o. Sex paria puerorum, qui bellaria et catalogos distribuunt, curat P. Praefectus scholarum inferiorum mature admonitus a Decano. 6^o. his pueris, ut ordinem teneant, praeficitur Magister, qui forte⁴⁾ est praeceptor Iae. gramm. Nam Rhetoricae et Humanitatis curam habent puerorum carmina recitantium. 7^o. Catalogi curam, ut diximus, habet professor Physicae, cui numerus praescribendus; solent autem requiri exemplaria ducenta: nam praeter ea, quae distribuuntur in actu, et quae P. Rectori dantur mittenda ad Collegia, Magistris recens promotis dantur singulis quatuor, Baccalaureis duo exemplaria. 8^o. Musicos pro sacro et actu conuocat Praefectus chori, idem admonitus a Decano. 9^o. Professores singuli suis Candidatis assignant quaestiones soluendas, Vnum ex candidatis popositurum quaestionem nominat Decanus, Magistrum autem, qui ad eam respondeat, nominare est P. Rectoris, quem tamen Decanus admonebit. 10^o. Designantur duo dies inuitationis, nimirum triduo ante promotionem, quorum dierum neutrum oportet esse feriam sextam, qua neminem inuitari Paderbornae mos est. Ad hanc inuitationem designantur ex Candidatis octo, quatuor a professore physices ex Baccalaureandis, totidem ex Magistrandis a Decano;

1) A u. B fügt bei: caeterorum.

2) A u. B: item.

3) A u. B fügt bei: et frondes curat.

4) A u. B: fere.

eos oportet esse prudentes graues, qui non facile potu se obruant. Cum his ornatis talari ueste et Baccalaureis epomides suas gestantibus, praeunte Bidello cum Sceptro, procedit promotor cum ¹⁾ aliquo de nostris professoribus uel magistris priori die, vterque ornatus habitu academico, inuitatque praecipuos praelatos, suffraganeum, Abbatem, Praepositum etc. Quodsi princeps esset Neuhusii, tres dies deligendi essent ad inuitationem, quorum primus consumeretur in inuitatione principis; Posteriori die biduae ²⁾ inuitationis solus Bidellus egreditur cum octo ijsdem Candidatis et ceteros ipse inuitat. Vtroque die sub vesperam reuertuntur ad Collegium, sed priori inuitant P. Rectorem. ³⁾ 11^o. Triduo ante promotionem affigitur programma, quo dies denuntiatur, ut in libro form. Huic non opus est apponi sigillum.

2. Ipso die promotionis hora 8^a. circiter ⁴⁾ canitur Sacrum de So. Spiritu; Interea a Bidello affiguntur publice Catalogi, et ornatur aula. In hoc sacro Candidati aliquando communicarunt omnibus approbantibus: hora 12^a. pom. datur signum tubis, et bis per interualla repetitur in classe Metaphysica: hora 1^a. ex Metaphysica descendunt Candidati in ornatu Academico, Baccalaurei et promotor, omnes in ueste talari; praecedunt tubicines clangentes et Bidellus cum sceptro; Promotor ascendit cathedram, Baccalaurei subsellia, candidati Baccalaureatus humi consistunt, non ita tamen, ut tollant prospectum altaris. Praelati sedes proprias habent utrinque, Suffraganeus ad dexteram, Abbas, Praepositus, Decanus ad sinistram. In scamnis ad dextram primas semper tenet R. P. Rector; deinde Professores et Doctores Theologiae, tum in ea graduati alij, Superiores Religionum et similes; denique Professores philosophiae. A sinistris primum locum tenent Canonici summae aedis, deinde Consiliarij principis ⁵⁾ etc. Post musicam pauca praefatus promotor indicat candidatis Baccalaureatus quaestiones, ad quas singuli

¹⁾ A: aliquo de . . . comitante.

²⁾ A u. B: bidui.

³⁾ Randnote in A: Usus habet vt etiam vtramque facultatem Theologicam scilicet et Philosophicam.

⁴⁾ Fehlt in A und B.

⁵⁾ Randnote in A: NB. Anno 1651 illustrissimo principi Theodoro Adolpho placuit, vt ipsa collocaretur sedes ad columnam e regione promotoris, et juxta se utrimque canonicis cathedralibus Rector Magnificus et post eum Cancellarius Vniuersitatis et deinde officialis et post hunc professores Theologiae in alteriore subsellio ad dextram. E regione R. P. Rectoris Rdmus D. Suffraganeus, Abbas, Archisatrapa, Cancellarius, frater principis.

respondent, initio facto a primo: quod si quis ex candidatis Magisterii necdum sit Baccalaureus, is in ordine candidatorum Baccalaureatus stat primo loco, non tamen respondet ad quaestionem, nisi pro Magisterio, et in recitatione nominum in promotione Baccalaureorum legitur postremo loco addito: „iam pridem hunc honorem ei debitum.“ Finitis responsionibus ad quaestiones, exigitur ab utrisque candidatis professio fidei, quam recitat unus ex primis candidatis Baccalaureatus manens in suo loco et conuersus ad populum. Vbi uero uentum fuerit¹⁾ ad illa uerba: „hanc uero Catholicam etc.“ accedit ad altare et genuflexus tangit Euangelia; Sequuntur alij ordine, primo Baccalaureandi, deinde Magistrandi, et flexo genu dicunt: „Ego idem etc.“ Absoluta professione, iubente Promotore, praelegit Bidellus solennes promissiones et iuramenta, quae ordine praestant, primo Candidati Magisterij, deinde Baccalaureatus, tacto Bidelli sceptro; sequitur igitur Baccalaureorum sollemnis promotio et renuntiatio, quam excipit clangor tubarum, distributio Catalogorum, recitatio carminum, et denique concertus musicorum.

Si quis Candidatus Magisterij tum primum Baccalaureus renuntiatus est, is modo adiungit se Magistrandis: tum uero promotor gratulatus nouis Baccalaureis iniungit candidatis Magisterij suas quaestiones, quibus ordine solutis, ipse quoque promotor quaestionem aliquam pertractat; hac expedita, iussis candidatis accedere ad Cancellarium, ipse ab illo eorum nomine petit Magistralem licentiam dari, respondente Cancellario et licentiam impertiente flectunt genua. Quibus exsurgentibus, licentia accepta, insonant tubae, et candidati conscendunt cathedram: et interea, dum promotor pro impertita licentia agit Cancellario gratias, noui Baccalaurei relicta a Magistrandis subsellia occupant, relictasque ab iisdem epomides induunt; at uero promotor nouos licentiatos nouis insignibus exornat: 1. Epomide. 2. pileo. 3. libro clauso et iam mox aperto. 4. annulo. 5. complexu manuum. Ornatos ad hunc modum renuntiat Magistros, statimque tubae personant, carmina recitantur et, si typis excusa sunt, distribuuntur; denique canitur a Symphoniacis; Promotor uero nouis Magistris breui sermone gratulatus, uni eorum proponit quaestionem, quam ille in utramque partem breuiter agitatum defert alicui Magistro, is quaestionem soluit ac terminat, pro quo beneficio ab ipso nouo Magistro, qui quaestionem detulerat, aguntur gratiae. Ad extremum a promotore aguntur gratiae primum Deo et Coelitibus, inter

¹⁾ A u. B: est.

quos merito numeratur Illustrissimus princeps fundator noster Theodorus; deinde Serenissimo Principi,¹⁾ de praesentibus haec obseruanda,²⁾ 1. post principem proxime collocatur Capitulum Cathedrale siue eius praelati et Canonici; si quem tamen illi sibi anteponant, ei quoque prius aguntur gratiae, ut est Suffraganeus, Abbas, et omnino si quem in hoc actu ante se collocarent. Hos sequitur R. P. Rector, tum officialis et Cancellarius Principis, postea Cancellarius Vniuersitatis cum Doctoribus ceteris Theologiae et Licentiatis. Sequuntur inferioris Cleri et Religionum praelati ac Superiores, Doctores et Licentiati iuris, Medici, Consules et Camerarius Vrbs, professores Philosophiae et artium liberalium, Ciues, Iuuentus. Gratijs actis canitur in eodem loco Te Deum Laudam. In hac promotione vtraque facultas utitur suis ornamentis.

Caput IV.

De disputationibus Philosophicis.

1. Theses, antequam imprimantur, a Cancellario et tribus alijs a Superiore designatis³⁾ censi debent.
2. Examen pro his disputationibus habetur ut in regula.⁴⁾
3. Tempus disputationis solet esse a 7a. ad 9am., et a prandio non vacatur;⁵⁾ ubi etiam plures defendentes, potest aliqua institui a 2a. ad 4am.
4. Praeses utitur academico ornatu, ut et defendens, si quem gradum habet; Professorum ceterorum, argumentantium uel auditorum nemo utitur.
5. Hactenus semper sunt habitae disputationes publicae in aula Theologica, quam, praecedente Bidello cum sceptro, Promotor cum candidato ingreditur per interiorem portam.
6. Defendens dat 5 solidos, vel 5 grossos.⁶⁾

¹⁾ A u. B: ac praesentibus, ubi haec obseruanda.

²⁾ Randnote in A: Anno 1651 a P. Petro Bruxelio 12. julij promovente gratiae vices actae. 1^o. illustrissimo principi. 2^o. Canonicis cathedralibus principi assidentibus. 3^o. Rectori Magnifico. 4^o. Rdmis Sugraganeo et Abbati. 5^o. Archisatrapae, Cancellario principis et reliquis praenobilibus aulicis. 6^o. Cancellario Academiae, professoribus Theologiae etc. NB. anno 52 id propositum R. prouinciali, qui non probauit, sed laborandum voluit vt mos antiquus reduceretur.

³⁾ A: designandis.

⁴⁾ A u. B: regulis.

⁵⁾ A: ubi fuerint plures defendentes poterit etiam aliqua institui a 2a. ad 4am. pomeridianam.

⁶⁾ A hat nicht: vel 5 grossos.

Caput V.

De festo S. Catharinae.

1. Biduo ante affigitur programma, ut in lib. form.
2. Oratio habetur in aula Theologica pridie festi hora 2. pom. ab aliquo Magistro vel Baccalaureo in suo ornatu; Vt haec oratio semper mature parata esse possit, videtur Decano nouo, qui post promotionem hoc munus statim adit, curae esse oportere; posset autem eam componere quispiam Magistrorum, tametsi alius eam recitaret, qui Magister hoc ipso liberaretur¹⁾ onere habendi orationem in Refectorio.
3. Orationi intersunt P. Rector cum Doctoribus Theologiae ad dexteram absque ullis ornamentis; Decanus cum professoribus philosophiae in ornatu Magistrali ad laeuam; Non tamen proceditur solenniter ad templum, eo quod eo die Inuentus sit intenta Confessione et communioni; Itaque finita oratione Studiosi per portam exteriorem ducuntur ad litanias: nostri per interiorem redeunt ad Collegium.²⁾

Formula promissionum et Iurisjurandi, quod
Candidatis a Bidello proponi solet.

Eruditi Domini Candidati, ut optatum Baccalaureatus et Magisterij honorem³⁾ consequamini, promittetis:

10. vos leges et consuetudines laudabilis huius almae Vniuersitatis, dum in ea uersabimini, diligenter seruatueros.
20. promittetis, vos adm. Ro. in Chro.⁴⁾ huius Vniuersitatis Rectori magnifico ceterisque academicis Magistratibus pro cuiusque gradu debitam obseruantiam et obedientiam praestitueros.
30. promittetis, vos huius Vniuersitatis atque imprimis facultatis philosophicae dignitatem et commodum defensuros, neque contra eam⁵⁾ consilio uel auxilio⁶⁾ unquam futuros.
40. Iurabitis, vos gradum, quem modo consequemini, siue Baccalaureatus siue Magisterij, nullibi deinceps unquam⁷⁾ repetitueros⁸⁾

¹⁾ A: ab onere.

²⁾ Randnote in A: NB. Anno 1652 R. R. Joannes Panhauss prouincialis respondit abrogato festo non est necesse pridie cantari litanias.

³⁾ A: gradum.

⁴⁾ A fügt bei patri.

⁵⁾ A u. B: ea.

⁶⁾ A u. B fügt bei cuiquam.

⁷⁾ A lässt unquam fehlen.

⁸⁾ A u. B hat darauf: Formula renuuciandi Baccalaureos, For-

Formula promouendi licentiam.

Quod Deus Opt. Max. ad sui nominis maiorem gloriam pertinere velit, — Ego M. Terentius Varro Sacrosanctae Theologiae Doctor et professor ordinarius, huius almae Vniuersitatis Cancellarius, auctoritate Sanctae Sedis Apostolicae et Sacrae Caesareae Maiest, qua in hac actione ex munere meo fungor, Vos ingenuos et eruditos Dominos liberalium artium et philosophiae Baccalaureos, te P. ¹⁾ Pansam, C. Pisonem etc. vos, inquam, omnes et singulos a Venerabili Concilio facultatis philosophicae seure examinatos, approbatos et mihi legitime praesentatos atque collaudatos Dico, creo, facio, et in hoc ornatissimo consessu palam renuntio earundem liberalium artium et philosophiae licentiatos doque uobis licentiam, titulum et ²⁾ honorem, et insignia Magistrorum, siue Doctorum eiusdem facultatis petendi et accipiendi, et postquam acceperitis, omnia munera obeundi, omnibusque praerogatiuis, priuilegijs, immunitatibus utendi, fruendi, gaudendi, quae illi honoris gradui conueniunt, hic et ubique locorum, in Nomine SS. et Indiuiduae Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen.

Formula renunciandi Baccalaureos.

Quod Deus Opt. Max. bene euenire iubeat, ego N. N. ³⁾ liberalium artium et philosophiae magister ac professor ordinarius (facultatis eiusdem philosophicae ⁴⁾ Decanus), auctoritate et consensu totius Consilij huius facultatis, Vos ingenuos et eruditos adolescentes de more ab examinadoribus probatos, P. Marcum, ⁵⁾ T. Pompilium Velitrensem etc. Vos, inquam, omnes et singulos dico, creo, facio, et in hoc ornatissimo consessu palam renuntio liberalium artium et philosophiae Baccalaureos, simulque omnem Vobis potestatem et priuilegia concedo, quae jure et consuetudine huius et aliorum ⁶⁾ approbatorum Gymnasiorum huic honoris ⁷⁾ gradui tribuuntur. In nomine P. et F. . . . Amen.

mula promouendi Licentiam, Formula renunciandi Magistros, das andere fehlt.

¹⁾ A u. B: Publium Pansam Amerinum, Caium Pisonem Canusinum etc.

²⁾ A u. B hat nicht: et.

³⁾ A u. B: Ego Sextus Rufus.

⁴⁾ A u. B fügt bei: pro tempore.

⁵⁾ A u. B fügt bei: Venusinum.

⁶⁾ A u. B fügt bei: publico.

⁷⁾ A lässt honoris fehlen.

Q
publica,
nostrae
Te N. N
et in h
undem
tores,
scenden
omnesq
disputa
function
stiani o

Formu
atu

De
dem P
No

Logicae
ut se i
laude u
que Ma
quoniam
proxim
ingress
phia h
putant,
Physic
examin
tae sal

1)
2)
3)
1652. I
4)

Formula renuntiandi Magistros.

Quod Deus Opt. Max. etc. Ego N. N.¹⁾ etc. auctoritate publica, qua in hac actione Iussu Venerabilis concilij facultatis nostrae fungor, Vos eruditos aa. ll. et philosophiae Licentiatos, Te N. N. N.²⁾ etc. Vos, inquam, omnes et singulos creo, facio, et in hoc ornatissimo consessu palam declaro et renuntio earundem bonarum artium et philosophiae Magistros atque Doctores, potestatem Vobis tribuens Magistralem cathedram conscendendi, Aristotelem interpretandi et praelegendi Philosophiam omnesque artes liberales publice et ex officio tradendi, de ijs disputandi, determinandi, examinandi, caeterasque Magistrales functiones obeundi, more et instituto huius et aliarum Christiani orbis Academiarum. In nom. P. . . . Amen.

Formula affigi solita ultimo Aprilis, qua Baccalaureatus Candidati invitantur, ut se praesentent et intelligant, quae sint praestanda.⁴⁾

Decanus Facultatis Artium Liberalium et Philosophiae ejusdem Philosophiae Candidatis.

Non estis nescii, eos, qui post Artium faciliorem studia, Logicae in Gymnasiis Academicis eo successu navarunt operam, ut se iam ostenderint in ipsis quoque Philosophiae adytis cum laude uersari posse, per quosdam quasi gradus more institutoque Maiorum ad academicos honores evehi solere. Quamobrem quoniam tempus instat, quo probanda est eorum industria, qui proximo superiore anno absolutis Logicae studiis Physicam sunt ingressi, hortamur omnes, ut, quicumque se primo in Philosophia honoris gradu, quem Baccalaureatum vocant, non indignos putant, in Calendis Maji hora secunda pomeridiana in auditorio Physicorum conveniant, ibique cognoscant, quid nobis de eorum examine fieri placeat. Datum pridie Calend. Maji. Anno partae salutis MDC etc.

¹⁾ A u. B: Sextus Rufus (A fügt bei lib. AA. et philosophiae M.).

²⁾ A u. B: Publium Pansam.

³⁾ Randnote in A: R. P. Provincialis P. Joannes Panhauss anno 1652. Decentius est ut aperto capite pronuncietur, quare ita in posterum fiat.

⁴⁾ Fehlt in A u. B.